



Sancti Hieronymi Stridoniensis Operum, Tomi ...

Continens Commentaria In Matthaevm, Et Epistolas Pavli Ad Galatas, Ad Ephesios, ad Titum & Philemonem, & librum Didymi de spiritu sancto a Hieronymo versum ... Ad Fidem Vetvstissimorum Exemplarivm, Dvcentis Circiter Svblatis Erroribvs Emendata

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Procemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75102)

A C

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
IN EPISTOLAM AD EPHESIOS, AD
PAVLAM, ET EVSTOCHIVM

P R O O E M I V M.



I quicquam est, Paula & Eustochium, quod in hac vita sapientem virum teneat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse vel primum reor, meditationem & scientiam scripturarum.

Cū enim à cæteris animantibus hoc vel maximè differamus, quòd rationale animal sumus, & loqui possumus: ratio autē omnis & sermo, diuinis libris contineantur, per quos & Deum discimus, & quare creati sumus, non ignoramus, miror quosdam exitisse, qui aut ipsi se inertia & somno dātes nolint quæ preclara sunt discere, aut cæteros, qui id studij habent, reprehendendos putēt. Quibus cū possim distinctius respondere, & breuiter eos vel offensos dimittere, vel placatos, multo esse melius scripturas legere quam augendis & cumulandis opibus inhiare: Illud dicam, quod vel apud iniquissimum iudicem obtineam, placere mihi otium meū, & solitudinē omni celebritate incundiorem videri. Et quomodo ego non reprehēdo, non damno quod faciunt, ita illos ineptias meas mihi debere concedere. Parum eloquēs sum, quid ad te desertiorē lege. Non dignè Græca in Latinū transfero. Aut Græcos lege (si eiusdem linguæ habes scientiam) aut si tantū Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & vt vulgare prouerbium est, Equi dentes inspiciere donati. Nunquid te manu conferta in ius traho, quia nostra non scribas? Me imperitior quisq; lecturus est, tua forsitan dicta si scripseris, Tullius admirabitur. Nunquid aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianum, aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hilarium deterruit à scribendo? Taceo de cæteris minimalibus, qui mecum in libris suis gariunt. Nisi & parua fuerint, magna eminere non possunt. Primum non dicitur, nisi secundum sequatur & tertium. Ad summa non scandimus, nisi per ima gradiamur. Quamobrem obsecro tam vos, quæ in præsentiarum estis, quàm sanctam Marcellam vnicum viduitatis exemplar, ne facile maledicis & inuidis opuscula mea tradatis, neq; detis sanctum canibus, & margaritas mittatis ante porcos. Qui cū bona imitari non queant, quod solum facere possunt, inuident, & in eo se doctos eruditosq; arbitrātur, si de alijs detrahant. Quibus, obsecro, respondeatis, vt figant ipsi stilum, tria, vt dicitur, verba coniungat, sudent paululum, experiantur semetipsos, & ex labore proprio discant ignoscere laborantibus. Scitis enim & ipsæ quod ad hoc me explanationum opus, inuitum & retrectantem compuleritis. Non quo ab adolescentia, aut legere vnquam, aut doctos viros ea, quæ nesciebā interrogare cessauerim, & me ipsum tantum (vt plerique) habuerim magistrum. Deniq; nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, quæ habebam dubia, sciscitaret. Sed cum aliud sit proprios libros componere, verbi gratia, de auaritia, & fide, de virginitate, de viduis, & super vnaquaq; materia testimonijs scripturarum hinc inde quæsitis eloquentiam iungere sæcularem, & penè in communibus locis pompaticum iactare sermonem: aliud in sensum prophætæ & apostoli ingredi, intelligere cur

scripserint, qua sententiam suā ratione firmauerint, quid habeant in veteri lege proprium, Idumæi, Moabitæ, Ammonitæ, Tyrij, Philisthij, Aegypti, & Assyrij: Quid rursus in nouo testamēto Romani, Corinthij, Galatæ, Philipenses, Thessalonicenses, Hebrai, Colossenses, & quam nūc ad Ephesios epistolam habemus in manibus. (Necesse est enim vt iuxta diuersitates locorum & temporum, & hominum, quibus scriptæ sunt, diuersas & causas & argumenta & origines habeāt.) Et quomodo beatus Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens ecclesias, in vnaquaque earū specialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat: ita & sanctus apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis, nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. Et quia iam ad Galatas, orantibus vobis, ante paucos dies quid nobis videretur expressimus: nunc ad Ephesios transeundum est, mediam apostoli epistolam, vt ordine ita & sensibus. Mediam autem dico, non quo primas sequens, extremis maior sit, sed quomodo cor animalis in medio est. Vt ex hoc intelligatis quantis difficultatibus, & quàm profundis questionibus inuoluta sit. Scribebat ad Ephesios Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcū tenet atq; succincta est, sed illam multimammiam, quam Græci *πολυμασθον* vocant, vt scilicet ex ipsa quoque effigie, mentirentur omnium eam bestiarum & viuientium esse nutricem. Scribebat autem ad Metropolim Asiæ ciuitatem, in qua ita idololatria, & quod semper idololatriam sequitur, artium magicarum præstigiæ viguerant, vt Demetrius diceret, *Et magna dea templum Dianæ in nihilum reputabitur, destruetur quoque magnitudo eius, quam cuncta Asia & vniuersus orbis colit.* Deniq; triennio ibi Apostolus moratus est, nocte & die Dei euangelium prædicans, vt idololatriæ arce destructa, facile minorum vrbium templa caperentur. Hoc ipsum scriptura refert, quomodo Paulus ad Ephesios sermocinetur, dicens: *Quapropter vigilate, recordantes, quia triennio nocte ac die non cessauimus cum lacrymis monere vnumquemq; vestrum: & nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ eius, qui potens est adificare, & dare vobis hereditatem in sanctificationibus.* Indigebant enim commendatione apostoli ad Deum, quos tanto tempore demonū error tenuerat, & sciebant esse spirituales aliquas potestates, & in extis atque augurijs & diuinationibus quandam similitudinem diuinitatis agnouerāt. Vnde rursum ad eos loquitur. Propter quod confessor vos in die hac, quia mundus sum ego à sanguine omnium. Non enim subtraxi, quo minus annunciarer vobis omnem voluntatem Dei. Et in eodem loco: *Quomodo nihil subtraxerim eorum quæ vobis proderant, quin annunciarer, & docerem publice & domestice.* Legrant in Ezechiele quòd speculator, qui populo hostium non prædixisset aduentum, sanguis ciuium exigeretur de manibus eius, & propterea omnem se voluntatem Dei, & vniuersa, quæ illis vitia forent, annunciasse memorauit, vt liber esset à sanguine eorum. Vt autē sciatis eos qui in Epheso crediderant, dæmoniis præstigijs & magiæ fuisse artibus obligatos, in eisdem apostolorum actibus replicatur & dicitur: Plurimi

Mat. 7. 6

quoq;

E
Aa. 19. d

quoque eorum qui curiosa gesserant, comportantes libros, combusserunt coram omnibus, & computauerunt pretium eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta millia: sic potenter verbum Domini crecebat & confortabatur. Hæc iccirco vniuersa replicauimus, vt ostenderemus quare Apostolus in hac vel potissimum epistola obsecrosus & ignota sæculis sacramenta congesserit, & de sanctarum contrariarumq; virtutum docuerit potestate, qui sint dæmones, quid valeat, quid ante fuerint, & quomodo post aduentum Christi sint diruti atq; destructi. De quibus ait: *Non est nobis pugna aduersum carnem & sanguinem, sed aduersum principatum & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Et in alio loco: *Permanebo autem Ephesi usque ad pentecostem. Ostium enim mihi apertum est magnum & efficax, sed aduersus multi.* Permansit a. Ephesi vsq; ad pentecostem: tēp^lætiæ atq; victoriæ, quo nō flectimus genua, nec curuamur in terrā, sed cum domino resurgētes ad cælōrum alta sustollimur. Et permansit, quia apertū ei erat ostiū, & non ostiū

Ephes. 6. b
1. Cor. 16. b

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM

LIBER VNVS.

Aulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei. Si, per, præpositio ministerium eius per quem res agitur ostendit, videtur mihi in illam sententiam sensus iste congruere: *Nemo venit ad me, nisi pater meus attraxerit eum ad me.* Atque ita fiet, vt & illud quod in Ioannis euangelio legitur: *Omnia per illum facta sunt:* haud dubium quin

F
Ioan. 6. c

Ioan. 1. a

Exod. 3. d

1. Cor. 1. d

1. Cor. 7. c

per filium, non præiudicat domino nostro Iesu Christo, quasi ex eo minor sit, quod patris obtemperet voluntati: quomodo & nunc non præiudicat patri, quod per voluntatem illius Paulus Apostolus Iesu Christi sit. Alij vero ita locum istum intelligunt, vt Paulum apostolum Iesu Christi per voluntatē Dei, qui sit Christus, ostendi putent: Vt sicut sapientia & verbum, & virtus Dei, & veritas, & resurrexerit, & via dicitur, ita etiam voluntas appelletur. Nonnulli nihil retere existimant, vtrum per voluntatē Dei, an ex Dei dixerit voluntate, quia his præpositionib. Apostolus indifferenter vtatur, & idipsū significare per voluntatē Dei, quod si dixisset, ex voluntate Dei.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Sicut stum Iesum Christum: siue ad singulos referenda sunt singula, vt gratia ad Deum patrem, pax vero referatur ad Christū. Si quidem statim sequitur: In laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto, vt gratia patris in eo sit, quod filio pro salute nostra dignatus est mittere: Pax vero filij in eo, quod per ipsū patri reconciliati sumus, & destructo medio patrie, inimicitias in carne sua euacuans, fecerit vtrumq; vnū. *Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, &c.* Quo modo secundū substantiam atque naturam Deus bonus nos communionē sui effecit bonos, & loquitur ad Israel: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum:* ita ipse benedictus nos præstat esse benedictos. Dat quippe legislator benedictiones, & benedictio domini super caput iusti, cuius benedictionis cognomentum habet Baruch: qui in lingua nostra, benedictum sonat. Benedixit autem nos, non in vna benedictione, sed in cunctis. Non quo omnes omnia consequamur, sed dum singuli vel singulas vel plures habemus ex omnibus, omnes per singulas possideamus. Et non in terrenis benedictionibus, sed in spiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habere quempia liberos, affluere opibus, honore & sanitate gaudere: quæ terrena benedictio vsque ad irrationabilia iumenta descendit. Dicitur est quippe de illis: *Benedixit eis dominus, & dixit: Crescite & multiplicamini.* Spirituales vero benedictiones in cælestibus sunt: quia terra benedictionem non capit spiritualem. Siquidem & benedictiones illæ, quæ in Leuitico Dei præcepta seruantibus promittuntur, verbi causa, externis genibus tænerare, plena esse horrea frumentis: benedictos esse in vrbibus, benedictos in agris, & cætera his similia, in prophetis non videmus expleta: hominibus, qui in melotis & in caprinis pelibus errauerunt: in egestate, in angustia, in desertis montibus: in speluncis & caernis petrarum, persecutorum impetus declinantes. Spiritualiter ergo a c

C Et fidelibus in Christo Iesu. Quoniam sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli, & vir infidelis sanctificatus est in muliere fideli. Et sunt vasa quoque sancta, & mutæ pecudes quæ Deo mañantur in templo, propterea eos quos sanctos dixerat, vocauit & fideles: quia fides ex mentis propriæ descendit arbitrio, sanctificatio verò ex sanctificantis inter-

modicum sed magnum, vt victo forti atque superato, domum eius inuaderet, spoliaret, euerteret, & captiuam duceret captiuitatem: qui satellitum suorum agminibus congregatis, tota contra Apostolum acie dimicauit, & victus est. Qui sint autem Ephesij, & hinc vel maxime comprobatur, quod sicut Ioannes mysterium natiuitatis antiq; domini relaturus in pectus eius recubuit, & de purissimo fonte hausit riuulum doctrinarum, ita & hi in abeuntis Pauli collum ruentes, osculis atque complexibus suis indicauerunt vnum se cum eo scientiæ habere thesaurum, & magistrum desiderium lacrymis cõtestati sunt. Illud quoque in præfatione cõmoneo, vt sciatis Origenem tria volumina in hanc epistolā conscripsisse, quem & nos ex parte secuti sumus. Apollinarium etiam & Didymum quosdam cõmētarios edidisse, è quibus licet pauca decerpimus, & nonnulla quæ nobis videbantur adiecimus siue subtraximus, vt studiosus statim in principio lector agnoscat hoc opus vel alienum esse, vel nostrum.

G

Aa. 19. g

dum absque voluntate nostra sumitur largitate. Quod autem ait, fidelibus in Christo Iesu, & hoc ad distinctionem diligentissimæ obseruationis est positum. Sunt quippe plures fideles sed non in Christo Iesu. Si quis reddat depositum, si quis cõmodata non abneget, fidelem se amicū exhibeat, animam magis quam fidem paratus sit prodere [quod de nonnullis philosophis legimus, & ne illi satis gloriarentur, Atheniensis meretrix perperauit] iste quidem fidelis est, sed non est fidelis in Christo Iesu. *Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.* Siue ambo ad vtrumque, hoc est, & gratia, & pax: tam ad Deum patrem quàm ad dominum nostrum Iesum Christum: siue ad singulos referenda sunt singula, vt gratia ad Deum patrem, pax vero referatur ad Christū. Si quidem statim sequitur: In laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto, vt gratia patris in eo sit, quod filio pro salute nostra dignatus est mittere: Pax vero filij in eo, quod per ipsū patri reconciliati sumus, & destructo medio patrie, inimicitias in carne sua euacuans, fecerit vtrumq; vnū. *Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, &c.* Quo modo secundū substantiam atque naturam Deus bonus nos communionē sui effecit bonos, & loquitur ad Israel: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum:* ita ipse benedictus nos præstat esse benedictos. Dat quippe legislator benedictiones, & benedictio domini super caput iusti, cuius benedictionis cognomentum habet Baruch: qui in lingua nostra, benedictum sonat. Benedixit autem nos, non in vna benedictione, sed in cunctis. Non quo omnes omnia consequamur, sed dum singuli vel singulas vel plures habemus ex omnibus, omnes per singulas possideamus. Et non in terrenis benedictionibus, sed in spiritualibus. Sunt quippe terrenæ benedictiones, habere quempia liberos, affluere opibus, honore & sanitate gaudere: quæ terrena benedictio vsque ad irrationabilia iumenta descendit. Dicitur est quippe de illis: *Benedixit eis dominus, & dixit: Crescite & multiplicamini.* Spirituales vero benedictiones in cælestibus sunt: quia terra benedictionem non capit spiritualem. Siquidem & benedictiones illæ, quæ in Leuitico Dei præcepta seruantibus promittuntur, verbi causa, externis genibus tænerare, plena esse horrea frumentis: benedictos esse in vrbibus, benedictos in agris, & cætera his similia, in prophetis non videmus expleta: hominibus, qui in melotis & in caprinis pelibus errauerunt: in egestate, in angustia, in desertis montibus: in speluncis & caernis petrarum, persecutorum impetus declinantes. Spiritualiter ergo a c

H

Infr. 2. e

Leu. 20. b
Deut. 11. a
& 28. a
Prov. 10. b

Gen. 1. d

Deut. 28. a
Leu. 26. c

Heb. 11. g

HIERON
M. 7. 8.

